[Discendum est. et illud. quia proprie dicitur quæstio ut est feceritne. et communiter causæ. omnesque partes earum i. constitutiones et status et earum partes i. intentio depulsio. ratio. et infirmatio et iudicatio. quæstiones dicuntur. Et hæ sunt quæ ciuiles dicuntur. quia inter ciues agitantur. sunt enim ciues purchliute. ciuiles i. púrcliche strite. Ciues dici possunt etiam qui in agris habitant [s. 63 b.] i. in dem geuue. Aliæ sunt philosophicæ. Vt ergo discernantur. philosophicæ questiones sunt. controuersiæ in dicendo positæ. sinæ certarum personarum interpositione. Vt cœlum rotundum est. cœlum non est rotundum. Hae ad oratorem non pertinent.]

[Ciuiles autem quæstiones sunt. controuersiæ in dicendo positæ. cum certarum personarum interpositione. i. táz sint die strite die einliche quisse menniscin ánagant. Vt est feceritne. *subauditur* susannae concubitum cum iuuene. uel iurene fecerit. *subauditur* orestes occidendo matrem suam.]

[Ergo philosophicas. Quæstiones thesin dicunt. i. propositum quasi a longe et in absentia positum. quia philosophi non requirunt eorum aspectum. de quibus dispu-

[1] Dies kikeronische beispiel ausführlich in der münchener handschrift. Vergleiche Cic. Rhet. II, 51.

[2] Die münchener handschrift hat noch ein anderes beispiel, welches sich in Cic. Rhet. II, 50 findet.

tant. Vt puta de naturalibus rebus. huius mundanæ molis. aut de deo. aut de moribus in hunc modum. Verine sint sensus. quæ mundi sit forma. quæ sit sola magnitudo. quid sit bonum præter honestatem. an philosophandum sit an casu cuncta constent. uel diuina prouidentia regantur. Ciuiles autem quæstiones ipothesin dicunt. hoc est subpositum. ut persona subposita est oculis illa de qua quæstio mouetur. Considerant enim illi de his quæ præponuntur. quid uerum quid falsum sit. Isti autem in his quæ facti sunt. uel quæ facienda sunt. quid bonum quid malum equum aut iniquum iustum aut iniustum. utile. honestum. aut turpe. possibile. aut inpossibile. necessarium aut non necessarium sit. Illi ut sciant quid affirmandum sit quid negandum. Isti ut sciant quid suadendum. quid dissuadendum sit. Illi in disputando. [s. 64ª.] isti autem in dicendo. Illi fugientes frequentiam hominum. Isti sine coetu. et sine multitudine hominum nihil facientes. Ergo dissimilis est quæstio et causa. thesis. et ipothesis. quod philosophicum est et quod ciuile. Et causa quidem i. ciuilis quæstio. materia est arti rethoricæ i. ipsi oratori. ad ostendendam suam scientiam. iudicando et inueniendo in iuriditiali genere. quid æquum quid iustum sit. In deliberatiuo i. in consiliis et consultis rei pupplicæ. suadendo quod utile est.]

[In demonstratiuo i. comprobandis et creandis ordinandisve magistratibus. ostendendo quid in singulis honestum et laudabile sit. et indignum honore. et quid contrarium. Quæstio vero que thesis est similiter est materia philosopho ad exercitandum suum ingenium in discernendo verum a falso.]

[De constitutionibus et statubus secundo dicere ut exemplis clarescerent opus fuit quia materia quæ semper danda est ante artificium obscura non debet esse. nec aliunde potest ipse orator dinoscere qualis esse debeat suaque materiam secutura est oratio. nisi ex ipsius introductione materiæ. Hinc exordium orationis sumitur. hinc uarratio et partitio i. distinctio narrationis. et confirmatio. reprehensio quoque asertionis contrariæ et epilogus quomodo disponendi debeant. considerantur. Huic congruere hoc est commodas facere omnes has quas nunc partes orationis diximus. Parum ab ea dissentire. uitiosissimum est. De quibus præcepta tam plura data sunt. in libris rethoricorum ut ea [s. 64ᵇ.] breuiter nemo comprehendere ualeat. propterea magisterio Ciceronis discenda sunt. Ad hoc humanum ingenium nouas sibi cottidie parit rationes suadendi et dissuadendi.]

[In quibus Rationibus alii sunt grauiores ut romani. alii acutiores ut greci. alii ornatiores ut attici alii copiosiores ut asini.]

[Documentum est. Ad grauitatem aliquando magnifice loqui. et ita narrare. quamlibet rem. quatenus salua ueritate. nil pæne possit de ea maius estimari. Vt medo prandente epotata sunt flumina. eo transeunte constrata sunt maria. nauigati sunt montes. excitæ sunt gentes. commotus est orbis. Reuera flumina non sufficiebant ad potandum exercitui eius et bosforum (l. Bosporum). mare ex nauibus ponte constructo copiis meabile fecit. Athon thessaliæ monte a continenti abscindens. et mare adducens nauigabile præbuit. Sed hæc de homine pene incredibilia. acuta sunt quoque arte loquendi. Cicero ad herennum de graui locutione. exemplum iuditiale protulit his uerbis. Nam quis est uestrum iudices etc.[1] [s. 65a.] Quid his uerbis ciceronis grauius. uúl mac-h⌣ter⌣iz heuigor chôsón. Et ille hoc in causis. Ambrosius noster in inuitatorio christi non teniuor est dicens. Veni geminæ gigas substantiæ carnis tropheo cingere et cetera. Plus miranda sunt pauli tonitrua [s. 65b.] qui fiugens (l. fugiens) sapientiam uerbi. excellentia tamen et grauitate sermonis supergressus est cunctos. non arte sed spiritu sancto.]

[Item acute. loqui est. argumentis rem declarare. Hoc modo Rufum ne fidelem dicas. Vel sic. Tu auarum dicito et ego fidelem intelligo.]

[Item oratus causa. circuitione uel similitudine uel aliquo scemate uerborum aut sententiarum utimus. Vt uino madens pro ebrius et extrema parti (l. pati) pro mori. uel asinum sapit pro stultus est uel sicut uirgilius. Magnarum uirium est clauam erculis ui extorquere de manibus eius. Hoc est Difficile est homerum imitari. Sed et hæc grauitatis sunt. sunt enim eis communia præcepta quia et decet et grauius est genus et speciem pro indiuiduo totum pro parte superlatiuo pro positiuo pluralem numerum pro singulari ponere. Sed post de elocutione dicturi. quæ ad ornatum proprie pertinent docebimvs.]

[At copiosum est. propositionem rethoricam multis rationibus affirmare. Ad hunc modum. Propositio est. Melius accurantur quæ consilio geruntur quam quæ sine consilio amministrantur[2]. Approbatio est. Domus ea quæ ratione regitur. omnibus est instructior rebus. et apparatior. quam ea quæ temere et nullo consilio ammini-

[1] S. Cicero ad Herennium IV, 8.

[2] Vgl. Cic. Rhet. I, 34.

stratur. Similiter exercitus is cui præpositus est sapiens et callidus imperator. omnibus partibus commodius regitur. quam is qui stultitia et temeritate alicuivs administratur. Non enim facile [s. 66 a.] discuntur hæc genera orandi. quia proprii et magni operis sunt singula. et quia scemata i. figuræ orationum. argumenta quoque et rationes. et diffinitiones. et præcepta grauitatis. et omnia præcepta non solum rhetoricæ artis. sed et quedam grammaticæ et dialecticæ artis. ad hæc genera et ad has partes orationis aptantur. et auctores artium in his tota studia consummabant;]

[* Agit ergo. Omnis orator ut aduersarios frangat. iudices et auditores attrahat. et ut cicero dicit persuadeat dictione. Quid persuadetur? utique hoc factum quod ipse defendit iustum. bonum et honestum esse uel utile aut necessarium esse. Vel e contra quod impugnat. noxium esse. turpe et pudendum. et ab omni religione atque iustitia alienum;]

Ergo prima est materia. i. causa. de qua diximus. deinde oratio. quam nunc dicimus. (bl. 62 b.) quæ ostendit causam qualis sit.

Ipsa oratio ex oratoris procedit sententia quam rethoricam uocitamus. vt bene intellegas eam extrinsecus haurire de materia quæ de intus propinet. Et eadem quid sit. sic definiatur. Rhetorica est benedicendi scientia.

Quid est bene dicere? apposite. i. apte uel congrue aliquid dicere ad persuadendum uel ad disuadendum.

Vnde quis hæc potest? natura administrat ea. doctrina uero nutrit et auget.

[Rhetorica est bene disputandi scientia. Et quidem require. a. bene dicere. b. Apposite i. apte et congrue ad persuadendum dicere [1]. Vnde hæc quis potest? Natura administrat ea. doctrina vero nutrit et auget. Diffinitio interpretatur gnôtmezunga i. nihil plus nihil minus Potest et aliter ut ante ostendi.]

Partes eius sunt quinque. Inuentio. dispositio. memoria. elocutio. pronuntiatio. Non solum orator. sed et prædicator et qui nuncium fert. et quicunque uiua uoce uult narrare. his partibus indiget. Scriptores autem librorum. etsi non quinque. quatuor tamen partibus fretos esse oportet.

---

* Dieser absatz findet sich in der zürcher handschrift am ende des 5ten kapitels, liest aber „ait“ statt „agit“.

[1] Das „a“ und „b“ sind alte besserung, wodurch die in der handschrift getrennten und untereinander geworfenen theile besser zusammengefügt werden.

Et cum sex sunt *supradictæ* partes orationis illius qua orator utitur in causis. Exordium. Particio. Narratio. Confirmatio. Reprehensio. Conclusio. earum nulla nisi his quinque poterit partibus expediri. Quicquid enim in omni locutione reprehenditur uel laudatur. ad has quinque pertinet partes.

---

3. DE INVENTIONE.

[Ipse cicero. Falsæ inuentionis arguebat ermagoram. in rethoricis. dicens[1]. Nec quid dicat attendere nec quid polliceatur intelligere uidetur. Sic terentius sciens comicum debere ueri similem materiam habere derisit lucilium emulum suum. inuentionis. quod non esset idenonea. sed uilis et friuola. per caliopium recitatorem suum dicentem. Poeta uetus nouum poetam maledictis ne scribat deterrere parat. quia nusquam insanum scribit uel scripsit adolescentulum. ceruam uidere fugere. et sectari canes. et eam plorare et orare ut subueniat sibi. Sic etiam uirgilium multi culpant uitiosæ dispositionis. quando errores eneæ. non a principio sed ex medio itineris coepit describere dicens. Vix e conspectu siculæ telluris in altum uela dabant laeti. Teoctistus præceptor prisciani. grammatici arguebat probum itidem grammaticum. [s. 67a.] quod non haberet in memoria excipere satur saturi. quando scripsit omnia in ur desinentia tertiæ declinationis esse. Elocutionem reprehendimvs. cum barbarismum et sollœtismum solemus audire uel alia decem uitia que connumerantur. uel cum aliquid minus urbanum profertur. Vnde cicero dixit. Quemquam mandare litteris cogitationes suas. qui nesciat eas rite disponere uel ornare hominis est abbutentis otio et litteris. Quid de pronuntiatione loquor? quæ non minus in legentibus et canentibus obseruatur quam in oratoribus cuius uitia cauere post docebimus.]

Inuentio est excogitatio rerum uerarum. aut ueri similium. quæ causam probabilem reddunt. i. quam defendere uis in iuridiciali genere causæ. uel suadere in deliberatiuo genere causæ. (bl. 63a.) uel laudare in demonstratiuo genere cause.

Cur aliter defendatur suadeatur. laudetur. nisi sit probabilis? *i. lóbesam uel clóublich.* Excogitauit enim salomon rem. qua probauit. quæ ex duabus meretricibus mater esset infantis uiui. dicens. diuida-

[1] Cic. Rhet. I, 6.

tur gladio. hoc *mater* noluit audire quia quæ mater est diligit filium. quæ autem mater non erat. hoc postulauit fieri. Sic et danihel inuenit argumentum. quo probauit. falsum testimonium prolatum esse contra susannam. Quia sub cino et sub *prino* [1] repugnant. et non possunt simul stare. causam igitur sussannæ quam ipse defendit fecit probabilem *i. cloublicha*. hæc sunt in coniectura iudiciali.

In coniectura autem deliberatiua iudith inuenit rationem. qua holofernem occidendo. hostes fugando causam suam quæ est. non oportere tradi ciuitatem. reddidit probabilem i. *lobesama*.

In coniectura autem demonstratiua. samuhel ostendit saulem populo dicens. hic est quem elegit deus. Fit controuersia in populo. alii salutant eum dicentes. viuat rex. filii autem belial dicunt. num poterit iste saluare nos? Deinde pergunt simul saul et samuel cum populo. contra filios ammon et reuersi sunt cum uictoria. Inde *rationem* inueniunt qua causam suam probabilem faciant. hi qui studiosi erant parcium saulis et samuhelis (bl. 63 b.) dicentes ad samuhelem. ubi sunt uiri qui dixerunt. non poterit saul regnare super nos? date nobis illos ut occidamus eos.

[Sed et athenienses [s. 67 b.] quondam obiurgati. cur claudum regem haberent. defenderunt se hac ratione inuenta quod melius est regem claudicare quam regnum. Et hic status comparatio dicitur in demonstratiuo genere. Petrus defendebat se per remotionem criminis contra iudeos. in iudiciali gñe iurgantes quare gentiles introduceret ad fidem. Inuenit ergo rationem. quæ probabilem fecit rem. Dum orarem inquit in solario. et esuriens uellem gustare. celitus mihi uas summissum est plenum bestiis et serpentibus cum hac uoce. macta et manduca. et ego inquam. absit a me quia inmundum et commune nunquam commedi. Et statim audiui. Quæ deus mandauit. tune commune aut inmundum dixeris. ut intellegeret quia deus non est personarum acceptor [s. 68 a.] *subauditur* in omni gente. qui facit voluntatem eius. Hic acceptus est illi. Et qui sum ego qui contra dicam deo. Remouit ergo a se in deum auctoritatem facti. Item in alio loco. magistratus et pharisei ad apostolos. Nonne præcipiendo præcepimus uobis. ne in nomine iesu prædicetis? At petrus. Oportet inquit magis obedire deo quam hominibus. Sic ergo in omnium generum diuersis constitutionibus agnoscenda est in-

[1] Dan. 13, 54. 58.

uentio . que ualidior est cunctis rhetorice reliquis partibus .]

---

4. DE DISPOSITIONE .

Dispositio est rerum inuentarum et sententiarum in ordinem distributio . Táz chît scáfunga . vnte órdenúnga des ke⸗chósis . [*i. scáffunga unde órdinunga dis kechôsis* .]

Bona dispositio est rem eo ordine quo gesta est narrare . non est hoc obseruatum in libris regum nouissimis . ubi prepostero ordine . quorundam regum obitvs . deinde quid in uita gesserint . narratur . Rationabilis dispositio lucidam facit orationem .

Paulus quoque eodem statu cur iudaismo derelicto ad euangelium se conuerteret iudeis reddit rationem dum narrabat eis quæ sibi contingerunt . in uia quando epistolas portabat in damascum contra christianos .

---

5. DE MEMORIA .

Memoria est firma animi rerum et uerborum ad inuentionem perceptio . Táz chît kehúgida . dés tú gedâhtôst . ze spréchénne . [*Daz chît kehugeda dés tu gedachtost ze⸗sprechenne* .]

Sufficit de memoria dicere . si non sit naturalis artificiosam parere quod solet fieri . uigiliis et assiduis meditationibus . Solemus etiam succurrere obliuioni scribendo et notando quæ cogitauimus . et monitores substituendo . Nam . ut solinus dicit . bonum memoriæ facile elabitur uel morbo . uel aliquo casu . *

---

6. QVID SIT ELOCVTIO .

Elocutio est idoneorum uerborum ad inuentionem accommodatio . Elocutio . daz chit reht kesprache . uel reht kechose ist [*daz chit . Récht kespraché uel recht-kechôse*] . Idoneorum uerborum acommodatio ad inuentionem . Dero sculdigon uuorto legida ze⸗dinen kedanchin . ze demo so du sprechen uuellest [*-ze⸗déme-*] . quod si hoc non feceris . acyroloyam [*achitologiam*] paris .

Item elocutio est perfecta locutio . Sicut enim ebibe . est . totum bibe . Ita est eloqui ad integrum loqui .

Idoneorum uerborum acommodatio ad inuentionem . i. propriorum et conuenientium uerborum adiunctio ad excogitationem .

---

* Ueber den rest der zürcher handschrift s. note zu kap. 2, s. 572.

Ergo elocutio pars eloquentiæ. quia elocutio ipsa et ceteræ *quatuor* partes pariunt eloquentiam.

Elocutionis duplex ratio est. Vna qua in singulis uerbis lumen apparet. Altera ut dignitas eloquendi copulationis ipsius decore seruetur.

Et structuræ totius elocutionis cicero duo fundamenta posuit. latine loqui. planeque dicere. duo fastigia. copiose ornateque dicere. propria uerba rebus dare. hoc est plane dicere. Hæc propterea fundamenta sunt. (bl. 64a.) quia stabilem intellectum et certum constituunt.

Sunt tamen et alia propria precepta. quemadmodum plane quis dicat. Translata uerba et *aliena*. ad ornatum pertinent. Nam dum uilescunt propria. requiruntur aliena. ut eis splendida et illustris efficiatur oratio. Propter hanc sublimitatem. hæc quasi fastigia dicuntur. Nostri itaque scriptores plerique in fundamentis studiosi fuerunt. fastigia uero quasi superuacua refutauerunt.

Ergo ad inuentionem idonea sunt propria uerba. aut pro eis aliena quæ decenti similitudine sint propinqua uel contraria. ut. si minus intellegentem stultum dicamus proprium est. Si asinum uel insulsum. alienum est. commodum tamen propter similitudinem. Si sapientem plus alienum est. sed per contrarium non minus commodum est ad intellegendum.

In propriis simplex locutio est. In alienis figurata locutio est. His et dominus usus est. Nam quod dixit: Ite dicite iohanni. simplex et propria locutio est. Ite dicite uulpi illi pro herodi. per similitudinem figurata locutio est. Illa autem. quid existis in desertum uidere harundinem uento agitatam? uel hominem. mollibus uestitum? per contrarium similiter figurata est locutio. Aliquando desunt propria. quaeruntur aliena. ut gemmare uites. (bl. 65a.) i. ougen die reba [*ougén dé ráeba*] dicimus et laetas segetes. i. sconiu chorn [*scónuiu chórn*]. non inuenientes quid aliud dicamus. Aliquando sunt propria. quæ quia non sunt ornata. requiruntur aliena. ut fluctuare segetes pro moueri dicimvs.

Non solum autem singula uerba idonea. sed et sententias oportet fieri idoneas. Sunt namque et ipsæ simplices et figuratæ.

Intendendum[1] est caute. quia quod orator dicit ad inuentionem pertinet. qualiter dicat. et quo ministerio uerborum aut sententiarum ad elocutionem pertinet. Si quodcumque causa remedium requirat.

[1] „Intuendum". münch. handsch.

hoc paratum habeant. ex inuentionis abundantia est. vt si irati sunt iudices. et ille sciat rem uel personam introducere. qua illos placatos et beniuolos faciat. Hic non parum refert. splendidis an festiuis. tagaltlichen [*tágalichen*]. an grauibus instet. quia grauem rem aut personam grauibus uerbis. iocosam rem aut ridiculosam. sicut est parasiti. festiuis conuenit explicare.

Hoc ad elocutionem pertinet.

Ergo omnis locutio simplex uel figurata. siue in sententiis. siue in singulis dictionibus idonea fieri

Sôse snél snéllemo
pegágenet ándermo.
sô uuírdet sliemo
fir-sníten scilt-rlemo.

[*Sose snel snellemo*
pegágenet andremo
so uuirt filo sliémo
firsníten sclitriemo.]

Et item:

Der heber gât in⌣lítun
trégit spér in⌣sítun.
sín báld éllin
ne lâzet ín uéllin.

[*Der heber gât in⌣lítun.*
er trégit sper in⌣sítun.
sínt bald éllen
nelazit in⌣uellin.[2]]

Hæ figuræ lexeos grece dicuntur. i. dictiones. in quibus sola compositio placet uerborum.

Aliæ sunt *dianoeos* i. sententiarum. ubi aliud dicitur. et aliud intellegitur. ut est illud. Porcus per taurum sequitur uestigia ferri. Nam sinodochæ[3]. de opere sutoris totum dicitur et pars intellegitur. potest ad inuentionem. Simplex intellegentiam rei amministrat *proprietate* uerborum. figurata commendat se etiam uenustate compositionis artificiosæ. aut significationis alienæ. vt *apud* uirgilium. Marsa *manus* (bl. 65 a.) peligna cohors festina uirum uis[1]. Ma. et na. gna. et sa. ors. et ars. uis. et ui. similes sillabæ. dissimilibus distinctæ gratam quodammodo concinnitudinem et concordem uarietatem dant. et fit per industriam talis compositio. in omni lingua causa delectationis. sicut et illud teutonicum:

uel yperbolice. ut uirgilius dixit de caribdi. atque *imo* baratri ter gurgite uastos. sorbet in abruptum fluctvs rursusque sub auras. Egerit alternos et sidera uerberat unda. Nam plus dicitur. et minus intellegitur. Sicut et teutonice de apro:

[1] Marsa manus. Peligna cohors. Vestina (so Dousa und Niebuhr röm. gesch. 1, 112) virum vis. *der vers wird bekanntlich dem Ennius zugeschrieben.* M. Haupt.

[2] Scheint in „uallen" gebessert.

[3] „synedochice". münch. handsch.

Imo sint fûoze fûodermâze . ímo sint bûrste ében hô fórste . únde zéne sine . zuuélifélnige .

[*Imo sint fûeze fuodermâze imo sint purste ébenhô fórste únde zéne sine zuúelif elnige .*]

Hec aliena . sed propinqua sunt . Item per contrarium intelleguntur sententiæ . vt in consuetudine latinorum interrogantibus . quaesiuit nos aliquis (bl. 68 a.) respondetur . bona fortuna . i. Hel unde salida [*hél unde sálda*] . et intellegitur nemo . quod durum esset . i. unminesam zesprechenne [*unminnesam zespréchinne*] .

Similiter teutonice postulantibus obsonia promittimus sic. Alles liebes gnuoge [*alles liebes cnûege*] [1] . et intellegitur per contrarium propter grauitatem uocis .

Sed hi modi numerati sunt in grammaticæ tropis . Hic tantum dicitur . quia aliquando idonei sunt ad inuentionem .

Ad hoc pertinet scire alias orationes esse continuas . alias uero per membra distributas .

Continua est [2] . Christus assistens pontifex futurorum bonorum per amplius et perfectius tabernaculum . non manu factum . i. non huius creationis . neque per sanguinem hircorum aut uitulorum . sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta . Hec non recurrit . sed semper ultra tendit . quia non possunt superiora intellegi . nisi proxima consequantur . propterea finis totius sententiæ expectatur . ut intellegatur .

Alia autem est districta [3] . cuius omnes partes per se intelleguntur . quæ dicuntur cola et commata . hoc est membra et caesuræ . ut est illud . Noli mihi molestus esse . iam ostium clausum est . et pueri mei mecum sunt intvs in cubili . non possum surgere et dare tibi .

Haec periodos dicitur et potest constare duobus membris . uel tribus . uel quatuor . uel sex .

Si uno membro (bl. 68 b.) sententia constat . non periodos sed colon dicitur . Deum nemo uidit umquam .

Martianus pene similem diffinitionem de colo et commate dat plura uerba absoluta membris . duo uerba [4] . uel plura itidem absoluta cæsis tribuens .

[1] ik hebbe gott un allewege wol *d. sag. der br. Grimm* 2, 360. Wackernagel.

[2] „ut“. münch. handschr. durch besserung.

[3] „distincta“. münch. handschr.

[4] l. membra. Wackernagel.

Cæsum est autem pars eius. quod colon dicitur. et per se non intellegitur. ut est. omnis plantatio quam non plantauit pater meus celestis. Hic necessario ad plenum intellectum subiungendum est. eradicabitur. et fit colon *ex* duobus commatibus.

Sed cæsum est. quando sensus per se non stat statim autem subinfertur ita. Nisi dominus edificauerit domum. cæsum est. mox sequitur. in uanum laborant qui edificant eam. et impletur sententia. fitque colon commate diuisum.

*D*icendum est quoque de uitiis elocutionis quæ cauenda sunt in singulis et compositis dictionibus. et quæ non sunt idonea ad inuentionem.

In singulis. ut sunt barbara. corrupta. inpropria. antiquata. turpia. differentia. longe recta [1]. insolenter prolata.

barbara. i. E'ndírskiu álder frœmidiu [*éndirskiú álde frémidiu*]. i. qualia donatus dicit. Mastruga. cateia. magalia. et legibus alamannorum plurima leguntur. ut nahisteit. et uueregeldum. et fredum [*nasthai. et fredum. et uuerigeldum*].[2] (bl. 67a.)

Corrupta. i. sâmerartiu [*sameratiu*] [1]. ut est cirographum pro chyrographum. perfodiri. vt quidam legunt in euangelio pro perfodi. et peiurvs pro periurvs. intelligere pro intellegere. et omnes barbarismi.

Inpropria sunt. i. tiu unsculdigen [*tiu unsculdigun*]. quas grammatici *achirologias* grece dicunt. et interpretari possumvs manuales [3] dictiones. ut sperare pro timere. Sicut in illo uersu. Hunc ego si potui tantum sperare dolorem. Nam sperare de bonis dicimus. timere de malis. Tale est. iusto itinere pro recto itinere. aut ueniam dei pro gratia dei.

Antiquata. i. firniu uel u[f]iruuorfeniu. vt alucinari cerritum. caperratum. quæ antiquis in usu fuisse martianus testatur. Intellegitur enim alucinari uana somniare. Est autem proprie alucinare titiones agitare. ut lumen uideatur. Cerritvs est insanus a cerere dictus. Caperratus hispidus et pi-

---

[1] „repetita". münch. handschr.

[2] l. Alam. 56 *nastahit* d. h. *nastait*. es wird hier als name des eides bezeichnet den eine frau der morgengabe wegen schwört; dabei pflegten aber die frauen ausser der brust noch den zopf zu berühren (rechts-alterth. 897. schwabensp. landr. 20, 6. Bluntschli Zürich 1, 108); ein wort für brust ist der erste bestandtheil schwerlich; mithin bleibt wohl nur die bedeutung von zopf oder flechte. würklich steht auch *nast* im ablautsverhältniss zu *nest* und *nusta*, eben wie im lat. *nodus* und *nidus* verwandt sind, und *nestila* ist der umlaut dazu. Wackernagel.

[3] „inmanuales". münch. handschr.

losus uel. rugosus. sicut est cornu capri. et apud plautum plurima iam obsoleta.

Turpia sunt [*i. unchiusciu*]. ut arrige aures. pamphile. quod in romana lingua de erectione uirilis membri dicitur. et si⌣c≠lodius pro malicia sua stercus curiæ dicatur. et si propter uirtutem affricani morte eius castrata res publica dicatur.

Differentia sunt aliena. i. úngehâftiu [*ungehastiu*]. quæ secundum martianum sine ulla ratione dicuntur. ut si hominem neque corpore durum neque ingenio stolidum lapidem dicamus.

longe repetita sunt. i. ze⌣uerro genomeniu [*ze⌣uuérro genominiu*]. vt si uastam caribdim luxuriosam dicamus. (bl. 67 b.)

Insolenter prolata sunt. id est uuider geuuo[ó]neheite. quæ per deriuationem aut interpretationem nouantur. i. noua inueniuntur. et potuissent quidem dici singulariter[1]. sed non solent. vt a capite capitatus. manu manuatvs. ala alatus. remo remitus. a quibus temperandum est propter insolentiam. i. seltsani alde ungeuuoneheite. Sic ciceroni insolens uisum est soterem interpretari saluatorem. quod apud nos sollemne et celeberrimum est. et ait qui salutem dedit.

---

7. DE VITIIS CONIVNCTORVM VERBORVM.

In compositis[2] autem uerbis aliquando structura aliquando clausula fit uitiosa.

Malam structuram soloecismum grammatici uocant. Cuius species sunt moitacismi[3]. lautacismi[4] iotacismi. polysigmia. omœoprofora. diprofora. hiatus. freni. collisiones. turpia quoque. uel cuiuslibet literæ assiduitas repetita. uel multæ breues sillabæ.

Moitacismi. lautacismi. iotacismi. polisigmia sunt ubi hae literæ m. l. i. s. uel plurimum sonant. uel male distinguuntur a sequentibus uocabulis. m. ut bonum aurum. bonum amicum. l. ut sol et luna. cælo lucent et luna lucet luce aliena. i. vt iure iuno ioui iuncta est. uel non est istud iudicium iudicii simile. iudices. s. ut sosias sedens in solario suo suebat soleas suas.

Omœoproforon est similis pronuntiatio. vt apud enium. O tite.

---

[1] „regulariter". münch. handschr.
[2] „coniunctis". münch. handschr.
[3] mytacismi. Wackernagel.
[4] lambdacismi. Wackernagel. Uebrigens habe ich in alten handschriften und in alten gestäben den ausdruck „lauta" für „lambda" öfters gefunden.

tute. (bl. 68 a.) tati tibi tanta tyranne tulisti.

Diproforon bis prolatum. vt protere pedem pede.

Hiulcæ sunt compositiones quæ hiatum oris faciunt multis uocalibus concurrentibus. vt insulæ ionio in magno.

Collisæ multis consonantibus duriter concurrentibus. vt multum ille et terris iactatus et alto.

Freni dicuntur uoces. quæ in ore his *similes* sunt. vt fratres terrore postrati in terram ruunt.

Turpis compositio. ut iuuat ire et dorica castra uidere. Caca in romana lingua est uentrem purga. Sic et numerum cum nauibus æquat. turpe est. quia cunna una tantum litera distante ostium muliebris uuluæ significat. Vnde et latini fugiunt dicere cum nobis ac prepostero ordine dicunt nobiscum ne turpiter sonet.

Assiduitas cuiusque literæ in odium repetitæ est. vnlustsamo gehabenter buostab (*unlustsamo geab'ter pûchstab*). ut casus cassandra canebat. Et apud ciceronem. O fortunatam natam me consule romam. Diuina uero pagina non est obligata his regulis. ut interpres timeret dicere. Omnis homo primum bonum uinum ponit. uel hoc. si conresurrexistis cum christo. quæ sursum sunt. querite.

Plures quoque sillabæ breues uitandæ sunt. ut quam timida leuipedis animula leporis. Sanctum est canere. Magnificat anima mea dominum. Hæc ante finem sententiæ cauenda sunt. Dehinc clausulæ quæ pessimæ sunt. non minus cauendæ. Sed de bonis prius doceamus.

---

8. DE BONIS CLAVSVLIS.[1] (bl. 68 b.)

Monosilbæ dictiones. ubi colon aut comma finiuntur. melius ponuntur. quam in fine sententiæ. Ergo si in longam desinat. ut lex. aut nox. praecedat trocheus. ut cicero. non scripta. sed nātă lēx. Item ipse. At debet esse legum in re publica prīmă uōx. Si autem in breuem desinat. anapestus. aut iambus praecedat. vt salustius. Tota autem insula modica et cultibus uărĭīs ĕst.

Hæc monosillaba dictio positione longa natura et accentu breuis est. Item filius filii mei meus nĕpōs ĕst.

Dissillabæ dictiones aptiores sunt claudendis sententiis. Et quidem bona clausula iambus et spondeus. vt est. felix patria quæ continet bŏnōs cīuēs. Aut iambus et tro-

[1] In der handschrift nicht als titel geschrieben. dessgl. kap. 9, 10 und 12.

cheus . vt est . Corona ambiat căpŭt rēgĭs . Bene quoque ponuntur duo trochei . vt illud est . Lex est bonorum ciuium māgnă cūră . Similiter placent trocheus et spondeus . vt est . Hæc sunt quæ maximi principes sōlă cūrānt .

Trissillabam clausulam . si uelis molliter fluere eam . fac trocheum . et molosum . vt illud tullii . *Mare fluentibus litus eiectus . Similiter decent trocheus et ionicus minor . Ut est .* Mare fluctuantibus lītŭs ăgĭtāntĭ . Item pulchra erit . si media molosi in duas breues soluitur . vt lītŭs ēmĭlĭē . Vel si terciam solueris in duas breues . vt lītŭs āeqūabĭlĕ . Item fit elegans . si penultima trochei et prima molosi soluatur . vt est curas rĕgĕrĕ ănĭmōrūm .

---

9. ITEM DE VITIOSIS . [1]

In monosillabis . si aut breuis (bl. 69 a .) breuem aut longa longam sectatur in colo aut commate . non sine uituperatione est . vt illud . Ista mea res est . Et ut cicero pro ligario . Non tu eum patria priuare . qua caret . sed uītā uīs . Quod uoluntate orator non errore composuit .

Dissillabæ displicent duobus iambis . vt est . inueni ŏuēs mĕās . Vel spondeo et iambo . vt tenui sēruōs mĕōs . Aut spondeo et pirrichio . vt est . Cōnsūl uĭdĕt . Aut duobus iambis . vt est . pugnare iŭuenes pro parentĭbūs sŭīs . Aut iambus et pirrichius . vt est pugnare iuuenes pro sŭīs părēntĭbŭs . Displicet ualde pirrichius post pirrichium . ita perdidi bŏnă mĕă . Aut pirrichius et trocheus . ut est . Conqueritur sŭă făctă . Aut pirrichivs et spondeus . ut est . Imputat sĭbĭ dēmēns . Aut trocheus et iambus . vt est . Omnia nēmpĕ uĭdēs . Aut trochevs *et pyrrhichius* ut est . Aspice făctă mĕă Talis clausula finem elegiaci pentametri turpiter reddit .

In trissillabis pessima conclusio est spondeus et molosus . vt est . Mare fluctuantibus rūpēs ēiēctīs . Item pessima pirrichius et molosus . ut est . Mare fluctuantibus ăpĕx ēiēctīs . [2] Item uiciosa . si molosi ultimi prima breuis sit syllaba . quia heroicum comma nascitur . ut est . lītŭs ămīcīs . Item cauendus est spondeus ante molosum . s . in tercia syllaba resolutum . vt est . Si *te* semel ad meas cāpsās ādmīsĕrĕ . (bl. 69 b .) Item ne incurras in endecassillabi phalleutii petulantiam . ut est illud ciceronis . Successit tibi lutius metellus . Sic omnes fines metricis similes uitiosi

---

[1] Hier hat die münchener handschrift zum ersten mahle einen titel.

[2] Dieser satz fehlt in der münchener handschrift.

sunt. Quos tamen nec cicero præ magnitudine operis sui potuit uitare.

---

10. DE ELOCVTIONIS DIGNITATE.[1]

Post inuentionem maximam uim habet elocutio. Cicero in libris rethoricorum. de sola inuentione tractat. De ceteris partibus *in libro* ad herennium scripsit. *Debetur* namque elocution*i*. nimium exercitationis. *quia* nimium *habet* industriæ. ita ut inuentio parum prosit. si non elocutio assit. Sic demum apparet excogitatio. si sequitur eius per uerbum explicatio. Nam quorum maxime miramur ingenia. *in his* duabus partibus clari erant. alius *in* inuentione. et alius in elocutione. In hac palmam habet uarro. in illa tullius cicero. Dicente augustino in libro de ciuitate dei. quant*um* iuuat uarro studiosum rerum. tantum delectat cicero studiosum uerborum. *Tam* grata semper est elocutio. vt a quibusdam postponeretur inuentio. vilem estimantibus materiam. quæ non esset eloquio decorata. vt hieronimus testatur in expositione euangelica dicens. Quia multi accesserunt legere nostras scripturas. sed abhorruerunt ab exteriori cortice. antequam peruenirent ad interiorem medullæ dulcedinem. Et augustinus (bl. 70[b].) in libro confessionum de iuuentute sua locutus. discernit inter eos. quorum auditor erat ipse. inter manicheum scilicet et ambrosium. quod aliquanto ornatius esset eloquium manichei quam ambrosii. De cetero autem nullam haberet comparationem. Tribuens his uerbis utilitatem sensuum ambrosio. uanitatem nitidi sermonis manicheo. Tanta enim dignitas elocutionis apud antiquos fuit. ut sine magisterio uerbi pene ingratum esset. omne quod audiretur. et cicero *eum*. ut predictum est[2] abuti literis iudicaret. qui eas nesciret decorare et artificio commendare.

---

11. DE PRONVNTIATIONE.

Pronuntiatio est ex rerum et uerborum dignitate uocis et corporis moderatio. Possumus hæc uerba sic interpretari. Pronuntiatio dáz ist tiu gerértida dero stimma ióh‿tis lichamin. nâh‿tero geriste déro uuórto. únde déro dingo [*Daz est tiu gerértida dero‿stimmo ióch tis lichamin nách‿tero gériste dero uúorto únde dero dingo*].

[1] In der handschrift nicht als titel geschrieben.

[2] Diese frühere stelle fehlt jedoch. Wackernagel.

Item . quid est pronuntiatio? kerértida . kebárda . kehába . keúurftigi . kezâmi . sintsâmi [1] . zúhtigi [*kererta da kebárda . kehaba . keuuirftigi . kezâmi . sintsámi . zuchtigi*] .

Item pronuntiare dicimus férrenân ságên (*ferrenan sagan*) . i. præuenire uerba gestu corporis et qualitate uocis .

Quid est gestvs? A´ntpâra . tâtuuîchúnga [2] . ánterúnga . uuérbida [*aut para uiuchunga . anterunga . uuerbida*] .

Et quid est moderatio? scáfunga . mézunga . métenscáft [- - *metelscaft*] .

Hinc aparet bene illum pronuntiare . qui loquens digne (bl. 70 .) his rebus de quibus loquitur continere se sciat .

Ad hæc in oratore . uox . uultus . gestus . et habitus oris obseruantur . De his singulis precepta rethorice digesta sunt .

Bonitas uocis constat . claritate . firmitate . suauitate . quæ etsi natura tribuit . nutriuntur tamen cibi . potus . coitus temperantia . precipueque ut corpus deambulando moueatur intra breue spacium reditu maturato . Qui motus cum digestionem facilem prestat . sine dubio purgat et uocem . Nimia excursio et longa deambulatio . extenuat et fatigat uocem . Post hanc deambulationem . statim se orator ad studia conferat . priusque quam sit dicendum uocem lectione suscitet . Nec ab inicio clamandum . sed tenui murmure inchoandum . vt paulatim in uocem possit crescere .

Vultus quoque pro sententiæ dignitate mutandi sunt . sed non ita ut ystrionibus mos est . i. anterârin (*ánterarin*) . qui ora torquendo . i. prieken máchondo . ridiculos motvs . i. spilelîche (spilelîche) gebârda . spectantibus præstant .

In hac parte oculorum magna est moderatio . i. mézáftigi (*mezhaftigi*) . qui tum hilaritate . tum intentione . i. ánaseungo (*ánaseunga*) . tum minaci mouentur aspectu . Nec nimium grauioribus superciliis premendi aut petentibus frontem nudandi sunt oculi . i. ûf únde nider (bl. 71 a.) gándên din⌣brâuuôn nist ze⌣uínstrínne nóh ze⌣uuîtsehônne [*úf unde niderganten⌣din⌣brauuon . nist ze⌣uinistrine . noc⌣ze⌣uuitseonne*] . Quod in pisone tullius amare uituperat . i. hántegô scîltit (*handego sciltit*) .

Nec molliter agitanti sunt gestus . i. nóh⌣ze⌣líso neruôre sîh (*noh⌣ze⌣líso neruré sich*) . nec muliebriter deducenda sunt latera . nóh uuîblîcho neuuánchôe mîtten sîtôn (*noch uuîblicho neuuánchoge mittin⌣sîton*) . nec iactanda deformiter ceruix .

[1] L. „sitisamî“ oder „sitesamî“. Wackernagel.

[2] L. „tâtuurchunga“. Wackernagel.

nóh⌣ne hálsuuérfôe ze⌣úngezêmero uuís (*nohne halsuuerfoie etc.*) ne in illas hortensii illecebras . i. únzúhte (*unzuhte*) . quibus etsi uenuste tamen non uidebantur uti uiriliter . i. dí⌣ér⌣téta zíero ní⌣dóch kómelicho (*di⌣er⌣teta zé⌣ero⌣ni⌣doh komelicho*) .

Ad summam gestus non is oratori tenendus est . quo schenæ placere dicuntur . actores . i. recitatores . s. fabularum comicarum uel traicarum . manus in contentionibus fusa porrectius . i. ze⌣uérro hína gerárter árm strídendo (*ze⌣uérro hina gerárhter arm⌣strítendo*) . in sermocinatione . uel narratione contracta . i. únde⌣aber⌣uuídere gezúhtêr ságendô (*unde abér uuidere gezúhter ságendo*) .

Præcipue in hac parte præstandum *est* . ut deceant cuncta . quod magis prudentia quam ulla præceptionis huius arte seruatur .

12. EPILOGVS .

Has quinque partes rethoricæ . qui tenet ipsam . tenet et partes [1] . cum ipsa nihil aliud sit . quam quod partes eius . Latet autem in occulto . sicut omnis scientia . videlicet in intimo cordis . ubi et anima sedem habet . qua sine hæc locum habere non posset . (bl. 71 b.) Sed inuenta occasione manifestam se præbet . et in multitudine populi . ubi sunt iudicia plebis . et consilia principum . curam regni ministrantium . ibi maxime gloriatur . ex his quæ de⌣foris hausit quam uera de⌣intus eructuet . Hoc namque totum opvs est rethorum [2] . qualis sit ipsa . et ingrediens ad eam materia atque de ea egrediens ORATIO .

[1] „Has quinque partes rethoricæ qui tenet ipsam tenet . cum ipsa nihil aliud sit“ etc. münch. handschr.

[2] „rethoricorum“. münch. handschr.

IV.

VON DER MUSIK.

1. DE OCTO TONIS.
[s. 4.]

Uuuizin dâr míte. dáz an démo sánge dero stímmo. échert síben uuéhsela sínt. díe uirgilius [1] héizet septem discrimina uocum únde díu áhtoda in qualitate díu sélba íst. sô diu êrista. Fóne díu sínt án dero lírûn. únde án dero rótûn to síben séiten [2]. únde síbene gelícho geuuérbet. / Pe díu ne gât óuh ándero órganûn. daz alphabetum níeht fúrder. áne ze síbenée buóhstaben dien êristen. A B C D E F G. Téro síbeno sínt fíere. íh méino. B C D E. állero sángo ûzlâza. Tíu des êristen toni. únde des ánderen sínt tíu hábent ûzlâz án demo. B. tíu des trítten. únde des fíerden sínt. án demo. C. tíu des fínften únde des séhsten an demo. D. tíu des síbenden únde des áhtoden. án demo. E. Unde uuánda sángolíh uuállôn mág fóne sínemo ûzlâze níder. únz ze demo fínften buóhstábe. únde ûf únz ze demo níunden. sô. dáz iz trízene úberlóufe. álso díu antiphona tûot. án demo êristen tono. cum fabricator mundi. bedíu sínt óbenân zû ze sézzenne. des kemáchen alphabeti

[1] Virg. Aen. VI, 645 seq. de Orpheo:
Necnon Threïcius longa cum veste sacerdos
Obloquitur numeris septem discrimina vocum:
Jamque eadem digitis. jam pectine pulsat eburno. Hagen.

[2] In der handschr. steht „sieten".

séhse die êristen. A B C D E F. únde nidenân dri die áfterôsten. E F G. Tánne sint iro séhszêne. sô uuîo dien áltên musicis finfzen bûohstábo. únde finfzên séitôn gnuôge dúohti. únde sie uuóltin dáz tiu cithara sô mánige séiten hábeti. únz ter óberofto demo niderosten inchâde in quadruplo. Táz ist tiu méista proportio. únde méista simphonia. diu bis diapason heizet. diu fóne ánderên simphoniis bestât. uuánda diatesseron únde diapente. máchónt éin diapason. sô áber diatesseron únde diapente dáz kemácha diapason. sô dánne zuéi diapason éin bisdiapason. Fóne diu uuérdent fièr simphoniæ án éinero fúnden.[1] [s. 5.]

2. DE TETRACHORDIS.

An dièn finfzên séitôn. záltôn sie quatuor tetrachorda. A'n áhto séitôn zúei disiuncta. án sibenen zuéi coniuncta.[2] dáz chit zuéi geskéideniu. zuéi úngeskéideniu. Vuánda áber nû éinêr zû getân ist. pediu sint siu álliu fièriu geskéiden. V'nde daz niderosta héizet grauium. daz ánder héizet fóne állero sánge ûzlâze finale. daz tritta superiorum. daz fièrda excellentium.[3] Táz áber fúre die séhszên séiten án dero lîrûn drîostunt sibene sint. álso óuh súmelichoro órganûn driu alphabeta sint. dáz ist úmbe dia sémpfti getân. dáz man ána geléitên béiden hánden. ûf stigendo fólle singen múge sángolîh. únde óbenân ne gebréste. nóh túrft ne uuérde. dia hánt ába demo óberôsten alphabeto. ze uuéhselônne án daz niderôsta. Tiu driu alphabeta sint tánne nôte sô gelîh. dáz án togelichemo st diapason. únde dârána diatesseron. únde diapente. únde án diatesseron sin dri únderlaza tonus tonus semitonium. únde án diapente fiere. tonus tonus semitonium tonus.

---

[1] Die Alten hielten diese Intervalle nur für konsonierend, alle übrigen dissonierten ihnen, selbst die Terzen und Sexten, und wurden nur allmählich in die griech. Musik aufgenommen. Forkel Gesch. der Musik. Bd. 1. s. 321. Hagen.

[2] Terpander, welcher der Lyra die siebente Saite zugefügt haben soll, hatte also zwei tetrach. conjuncta, so dass der Mittelton (mese) zu beiden gehörte. Laut Nikomachus hat dann Pythagoras die achte Seite und damit die tetrach. disjuncta gefunden. Forkel I, 323. Hagen.

[3] Schon die Griechen (Aristoxenus) und Römer hatten 5 verbundene Tetrachorde, mit 16 Tönen, und sie hiessen, nach Marcianus Capella, principalium, mediarum, conjunctarum, divisarum, excellentium. Forkel I, 325 ff. Hagen.

3. DE OCTO MODIS.

Tér ouh tia lírûn uuérbe. dér uuérbe sia ze démo méze. dáz sí úber dénetiu ne kélle. nóh sí fóre sláchi éa únlûtréiste ne sí. Díu hóhesta uuárba. únde díu níderôsta. díe sínt fóre únméze úngezâmestûn. Bedíu lóbetôn friges únde dores. tía métenskáft. tíu únder díèn zuéin íst. V'nde álso dores uuóltôn étuuáz náheren sín dero níderôstûn. dánne dero óberostûn. sô uuóltôn friges. éteuuáz náheren sín dero óberostûn dánne dero níderostûn. Díe zuô uuárbâ námôt musica. nâh tíèn sélbèn gentibus dorium (s. 5b.) modum únde frigium. U'nder díèn zuískèn íst tonus táz íst íro zuéio únderskéit. O'be frigio íst lidius. téro únderskéit íst tonus. O'be lidio íst éines semitonii hóhôr mixolidius. únde óbe démo hóhôr éines toni ypermixolidius. Nóh tánne sínt trí únder dorio. Níderôr éines semitonii íst ypolidius. únder démo níderôr éines toni ypofrigius. únde áber éines toni níderôr ypodorius. Táz íst ter níderosto. Fóne démo íst hína ûf ter áhtodo. únde der óberosto ypermixolidius.[1] A'n díen octo modis. íh méino ypodorio. ypofrigio. ypolidio. dorio. frigio. lidio. mixolidio. ypermixolidio.[2] sínt úns keóuget octo species. diapason simphoniæ. án díen uuír findên úf stígendo fóne demo níderôsten ze demo óberôsten díse síben únderskéita. tonum. tonum semitonium. tonum tonum semitonium tonum. Pediu líutet tíu óberôsta uuárba. duplum gágen dero níderostûn. V'nde bedíu férnin. V'be daz ypodorius modus íst. tánne uuír stillôst ána náhên ze síngenne. únde úbe ypofrigius íst. tánne uuír éines toni hóhôr ána fáhên. únde ypolidius tánne zuéio. ûnde dorius tánne éines diatesseroh. únde frigius tánne éines diapente hóhôr. únde ypermixolidius dánne uuír fólles diapason. íh méino zuíualat hóhôr. dáz uuír dánne hóhôr ána fáhen ne múgen. uuánde óuh sélbez taz sáng. nôte stígen sól fóne déro stéte dâr iz ána gefángen uuírt. únz tára sín hóhi gât. íh méino uullôn ióh ze demo áhtodên bûohstábe. dér zuíualt líutet.

---

[1] In der handschr. steht „ypermixolius".

[2] Nach Euklides und Gaudentius sind die 8 Töne auch 8 Tonarten: (A Hypermyxolydisch), B Myxolydisch, C Lydisch, D Phrygisch, E Dorisch, F Hypolydisch, G Hypophrygisch, A Hypodorisch. Ebenso bei andern alten Musikern, nur dass sie die Tonarten anders stellen, wie auch oben geschieht, wo Hypodorisch B oder C ist. vgl. Forkel I, 345. Dieselben 8 Tonarten haben noch die Neugriechen. s. ebd. 446: Dorisch ist bei ihnen C, wie bei Ptolemäus. Hagen.

tánne dér bûohstáb. ze démo iz ána fièng. Ménnisken stimma ne mág fûre fièrualt ntehet keréichet uuérden. (s. 6.) Tîu fièruálti ist sô ze férménne. álsô íh nû chád. táz fóne demo êristen ánafánge in ypodorio. sô. B. ist. álde. C. zuiualt ist hina ûf hóhi ze demo. B. álde ze demo C. in ypomixolidio. únde áber dánnân zuiuált hina ûf ze sinemo áhtoden bûohstabe. dér imo zuiualt. únde énemo fièruált liutet. Târ máht tû chisen. úbe dáz sáng férrôr stiget fóne sinemo ânafánge. dánne ze demo áhtôden buóhstabe. sô díu fóre genámda ántiphona tûot. dáz iz tánne in ypermixolidio. ána ze fahenne ne ist. uuánda án démo modo ntoman úber den áhtoden buóhstab kestigen ne mág. A'ber an sô uuélichemo bûohstábe imo hóho ána uáhentemo gebrístet. ába démo stúrzet er nôte. án daz nidera alphabetum. Ze démo sélben bûohstábe. also er óuh sâr dánnân. úbe iz imo peniderêt. uuídere ûf kestépfen mág án daz óbera. A'na fáhendo hábet er geuuált ze erhéuénne sô nídero. álde sô hóho er uuíle. áber sô er erhéuet. únde fúrder gerûcchet. só ne hábet singendo nehéin geuuált. niderôr. álde hóhôr ze fáhenne. âne ába duplo in simplum. álde ábe simplo in duplum. álso er chúnnen mág án demo monochordo. álde án dero órganûn. Tér die suégela méze. dér bórgee déssélben. dés án dero lírûn ze bórgenne ist. uuánda úbe die êristûn ze láng uuérdent. sô sint sie sélben únhélle. únde hábent héisa lûtûn. dóh óuh tie ándere sîn lûtréiste. Uuérdent sie áber ze chúrz. tánnân sint tie áfterôsten ze chléinstimme. dóh tie êristen gnûog lûtréiste sîn. Fóne diu chédên dáz éinero élno lángiu suégela. (s. 6^{b}.) fóne dero zúngûn ûf. án demo êristen búohstábe. ze chúrz st. únde zuéio lángiu ze láng st. únde áber únder diên zuiskên gágen ánderro hálbero lángiu gelimpflih st. Sô hábet tiu áhtôda âne hálb diametrum. éinero élno dodrantem in léngi. únde diu finftazênda mêr dánne trientem. dáz chit den tritten téil éinero élno.

---

4. DE MENSVRA FISTVLARVM ORGANICARVM.

Sid tû nû becennêst. uuío álle die suégela éin ánderên énchédên. sô ne bedrleze dih óuh íro mâza ze lírneune. Máchá dia êristûn sô lánga. sô dâr fóre geságet ist. úbe dû uuéllêst. únde sô uuíta dû uuéllêst. téro uuítí súlen sie álle sin. V'nde míz tia ánderûn bi déro êristûn sús. Sih ze érist uuío uuít st st. díu uuítí héizet diametrum. Tára náh lâ án dero

